



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

VI. Vt archiepiscopus Missas sine pallio non dicat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

nafterii, ad quascumque earum necessitates habitare, aut secretas colloctiones habere præsumant: nec extra salutatorium, aut oratorium vltius ingredi permittantur. Præcipue Iudæi, non pro quorumcumque negotiorum occasione, puellis intra monasterium Deo dicatis aliquid secretius colloqui, aut familiaritatem, vel moras ibi habere præsumant.

III.

Vt nulla mulier in cubiculum episcopi absque duobus presbyteris, aut certe diaconis, ingredi permittatur.

IV.

Vt qui oblationes fidelium defunctorum, quæ ecclesiis conferuntur, retinent, veluti retentatores ecclesiæ, aut egentium necatores, ab ecclesiæ liminibus arceantur.

V.

Vt nullus clericus sagum, aut vestimenta vel calceamenta sæcularia, nisi quæ religionem deceant, induere præsumat. Quod si post hanc definitionem clericus, aut cum indecenti veste, aut cum armis inuentus fuerit, a seniore ita coerceatur, vt triginta dierum inclusione detentus, aqua tantum & modico pane diebus singulis sustentetur.

VI.

Vt archiepiscopus sine pallio Missas dicere non præsumat.

VII.

Vt nullus clericus de qualibet causa, extra discussionem episcopi sui, a sæculari iudicio iniuriam patiat, aut custodiæ deputetur. Quod si quicum-